

1652 November 25., [Abtei] Muri; "Raptissime"

A

SCHREIBEN VON P. MARTIN BRUNNER AN [ALT] AMMANN [UND DERZEITIGEN STADT- UND AMTSRAT] BEAT II. ZURLAUBEN, ZUG

"Eó me perillustris Magnificentiae suae humanitas effert audaciae, ut ab illâ extorquere videar ea, quae vix à filio Pater, à Cliente Patronus, à servulo Dominus iure exegerit: sed ecquid agam? iubeor esse impudens: - sic vult, sic iubet, haec sua pro ratione Voluntas, in me immeritum, plusquam Paterna: pareo ergó optimo Parenti indignus filius; integerrimo Patrono pauperulus cliens; observandissimo Domino paratissimus servulus ... [sum.]

Cum admodum Reverendus P. Benedictus **Schwaller** [Konventuale der Abtei Mariastein], Joannis **Schwaller** nuper defuncti praetoris Solodurani filius, ulterius prioratum ad S. Morandum [=Saint-Morand] in Alsatiâ administrare sit impotens [- P. Benedikt war von 1651-1652 Prior von Saint-Morand -]¹, et eadem argumenta, quorum respectu dicto prioratu à Christianissimo Rege [**Ludwig XIV.**], promovente illustrissimo Excellentissimo Eiusdem Legato [dem franz. Ambassador Jean] ... [**De la Barde**], sit donatus, pro me pugnent, haud immeritò, ad illum obtinendum, apud gratiosissimum meum iusto patronum:

Maiores ipsius P. Benedicti Schwalleri Christianissimis Galliarum Regibus erant devoti! Mei, ducentos amplius annos, ad sacra Eorum Lilia in Gallijs conservanda, in Italiâ, Hispaniâ, Anglia, Flandria, Germaniâ, exterisque alijs in terris ferenda, omnem industriam, substantiam, sanguinem, vitam ipsam (uti parvos arté annos germani duo fratres mei) gloriosa per vulnera Expenderant. Dictis meis, ipsorum gloriosissimorum Galliae Regem, diplomatibus, Contractibus adpressae adstipulantur Dexteræ, aeternae mihi adorandae.

Me quis opinator degenerem. Conscia Patria, vel Rhetica [Martin Brunner war 1648 Dekan der Abtei Disentis] saxa loquantur, quot et quam graves, pro sacris Lilijs persecutiones sim passus, amissis officijs, dignitatibus; ibam tamen semper gaudens à conspectu concilii, quoniam dignus habitus sum pro honore Ecclesiae primogeniti contumeliam pati. O utinam! integerrimi mei erga ter sacra Christianissimae Majestatis Liliola, effectu affectûs ostendendi alluor medium! quam insigniter illustrissimo, Excellentissimo Domino de La pardae, Moderno ad Helvetios Legato, uti praedecessoribus Jllustrissimis DD. [Blaise] De **Meliand** [Ambassador von 1635-1640], [Jacques Le Fèvre] de **Caummartin** [Ambassador von 1641-1648], fidem probarem! Sed eam id praestandi quaero medium, cum adsit praesentissimum, si gratiosè prioratu providear ad S. Morandum? O quantum Alsatae genti ad sacrum hunc Liliorum

*Flosculum suscipiendum, fovendum ad amandum in agro pectoris instillarem humorem, affectum et spiritum, quo agitatus (non ambitu honoris, ita me Deus amet!) haec animi mei secreta gratiosissimae Dominationi vestrae insinuari ut quomodo votorum reus esse queam, et assequi intentum, integerrimus Dominus Patronus, viam ostendet si agendum cum illustrissimo Domino Legato de la Parde, instruere, ex hisce meis plurimis, perstrenuum Dominum [Garde-]Capitaneum **Henricum** [II. Zurlauben] ... suum Filium, quasi memoriali quodam dignetur: imo non abs re videtur, si novo principi et Gubernatori Brisacci, Marescalco [Henri de Lorraine, Duc] **D'Harcourt**, perillustris vestra Magnificentia pro me instaret, pro dicto prioratu ad S. Morandum, ob allegatas causas, obtinendo.*

essent primae preces, O quantum valerent! ò he! iam satque superque molestiarum, attulit impudens calamus: parcat, supplice genu precor, et simplici confidentiae meae condonet. Optarem ..., ut abiturum generosum suum filium, Capitaneum Henricum per Monasterium comitaretur, cum alius perillustris Dominatio et Magnificentia Vestra hic transigenda habeat: sed ecquid impudens ago! Sexcentus salveat, optime valeat, et vigeat unâ cum Nobilissimâ Familia, quibus omnibus ex intimo pectoris affectu gratiosas exosculor Dexteras ...

*PS. Dominae [Euphemia **Honegger**] et lectissimae Virgini, filiae suae **Anna Mariae** [Zurlauben], thermarum munusculum [- hatte P. Martin eine Badekur gemacht? -], cum licentiâ Vestrae Magnificentiae transmitto ...*

Generoso suo Domino filio Capitaneo raptus ad confessionale[!] scribere non potui, scribam in Bremgarten".

1) s. AH 66/135

Original, Siegel flachgedrückt - AH 93, 270-271

142

[1653?]

"VERZEICHNUSS ZWEYER HÖFFEN [NÄMLICH ÄTZLISSCHWAND UND GEIERBÜHL IN WOLHUSEN] IM RUSWYLER AMPT SO UMB 5700 GL. VERUFFAHLET, HERNACH IN 3 JAHREN WIDER 11500 GL. GÜLTEN"

s. AH 88/138

Kopie, wohl für den Vermittler im Bauernkrieg **Beat II.** Zurlauben bestimmt. - AH 93, 272-273